

BOLETIN  OFICIAL

DEL

Obispado de Osma.

SUMARIO.

Encíclica de S. S. sobre las doctrinas de los Modernistas (*texto latino*).
Circular del Rvmo. Prelado sobre los escándalos del Carnaval.—Otra del mismo Rvmo. Sr. con motivo de la Santa Cuaresma.—Otra nombrando Consejo de Vigilancia y Censores de oficio al tenor de la Encíclica *Pascendi*.—Edicto del Obispado de Barcelona sobre los Libros *Lo que debe saber el niño* y *Lo que debe saber la niña*.—Suscripción extraordinaria para el Jubileo Sacerdotal de S. Santidad Pio X.

Sanctissimí Dominí Nostri Pii, Divina providentia Papae X.

LITTERAE ENCYCLICAE

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS,
EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORVM ORDINARIOS, PACEM ET
COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES

DE MODERNISTARVM DOCTRINIS

(Prosequitur.)

Evolvi tamen ac mutari dogma non posse solum sed oportere, et modernistae ipsi perfracte affirmant, et ex eorum sententiis aperte consequitur.—Nam inter praecipua doctrinae capita hoc illi habent, quod ab *imma-*

mentiae vitalis principio deducunt: *formulas religiosas*; ut *religiosae* reapse sint nec solum intellectus commentationes, vitales esse debere vitamque ipsam vivere *sensus religiosi*. Quod non ita intelligendum est, quasi hae formulae, praesertim si mere imaginativae, sint proprio religioso sensu inventae; nihil enim refert admodum earum originis, ut etiam numeri vel qualitatis; sed ita, ut eas *religiosus sensus*, mutatione aliqua, si opus est, adhibita, *vitaliter* sibi adiungat. Scilicet, ut aliis dicamus, necesse est ut *formula primitiva* acceptetur a corde ab eoque sanciat; itemque sub cordis ductu sit labor, quo *secundariae formulae* progignuntur. Hinc accidit quod debeant hae formulae, ut vitales sint, ad fidem pariter et ad credentem accommodatae esse ac manere. Quamobrem, si quavis ex causa huiusmodi accommodatio cesset, amittunt illae primigenias notiones ac mutari indigent. Haec porro formularum dogmaticarum cum sit vis ac fortuna instabilis, mirum non est illas modernistis tanto esse ludibrio ac despectui; qui nihil e contra loquuntur atque extollunt nisi religiosum sensum vitamque religiosam. Ideo et Ecclesiam audacissime carpunt tamquam devio itinere incedentem, quod ab externa formularum significatione religiosam vim ac moralem minime distinguat, et formulis notione carentibus casso labore ac tenacissime inhaerens, religionem ipsam dilabi permittat. *Caeci* equidem *et duces caecorum*, qui superbo scientiae nomine inflati usque eo insaniunt ut aeternam veritatis notionem et germanum religionis sensum pervertant: novo in vecto systemate, «quo, ex proiecta et effrenata novitatum cupiditate, veritas, ubi certo consistit, non quaeritur, sanctisque et apostolicis traditionibus posthabitis, doctrinae aliae inanes, futes, incertae nec ab Ecclesia probatae adsciscunt, quibus veritatem ipsam fulciri ac sustineri vanissimi homines arbitrantur» (1).

(1) Gregor. XVI, Ep. Encycl. *Singulari Nos*, 7 kal. Jul. 1834.

Atque haec, Venerabiles Fratres, de modernista ut philosopho.—Iam si, ad credentem progressus, nosse quis velit unde hic in modernistis a philosopho distinguatur, illud advertere necesse est, etsi philosophus *realitatem* non alibi reperiri nisi in credentis animo, ut obiectum sensus est et affirmationis atque ideo phaenomenorum ambitum non excedit: utrum porro in se illa extra sensum existat atque affirmationem huiusmodi, praeterit philosophus ac negligit. E contra modernistae credenti ratum ac certum est, *realitatem* divini reapse in se ipsam existere nec prorsus a credente pendere. Quod si postules, in quo tandem haec credentis assertio nitatur, reponent: in privata cuiusque hominis *experientia*.—In qua affirmatione, dum equidem hi a rationalistis dissident, in protestantium tamen ac pseudo-mysticorum opinionem discedunt. Rem enim sic edisserunt: in *sensu religioso* quendam esse agnoscendum cordis intuitum; quo homo ipsam, sine medio, *Dei realitatem* attingit, tantamque de existentia Dei haurit persuasionem deque Dei tum intra tum extra hominem actione, ut persuasionem omnem, quae ex scientia peti possit, longe antecellat. Veram igitur ponunt experientiam, eamque rationali qualibet experientia praestantior: quam si quis, ut rationalistae, inficiatur, inde fieri affirmant, quod nolit is in eis se ipse constituere moralibus adiunctis, quae ad experientiam gignendam requirantur. Haec porro *experientia*, cum quis illam fuerit assequutus, proprie vereque credentem efficit.—Quam hic longe absumus a catholicis institutis! Commenta eiusmodi a Vaticana Synodo improbata iam vidimus.—His semel admissis una cum erroribus ceteris iam memoratis, quo pacto ad atheismum pateat via, inferius dicemus. Nunc statim advertisse iuverit, ex hac *experientiae* doctrina, coniuncta alteri de *symbolismo*, religionem quamlibet, ethnicorum minime excepta, ut veram esse habendam. Quidni etenim in religione quavis experientiae huiusmodi occurrant?

occurrisse vero non unus asserit. Quo iure autem modernistae veritatem experientiae abnuent, quam turca affirmet; verasque experientias unis catholicis vindicabunt? Neque id reapse modernistae denegant; quin immo, subobscuri alii, alii apertissime, religiones omnes contendunt esse veras. Secus autem sentire nec posse, manifestum est. Nam religioni cuiquam quo tandem ex capite, secundum illorum praecepta, foret falsitas tribuenda? Certe vel ex fallacia *sensus religiosi*, vel quod falsiloqua sit formula ab intellectu prolata. Atqui *sensus religiosus* unus semper idemque est, etsi forte quandoque imperfectior: formula autem intellectus, ut vera sit, sufficit ut *religioso sensui* hominique credenti respondeat, quidquid de huius perspicuitate ingenii esse queat. Unum, ad summum, in religionum diversarum conflictu, modernistae contendere forte possint, catholicam, utpote vividiorum, plus habere veritatis; itemque christiano nomine digniorem eam esse, ut quae christianismi exordiis respondeat plenius.—Has consecutiones omnes ex datis antecedentibus fluere, nemini erit absonum. Illud stupendum cum maxime catholicos dare viros ac sacerdotes, qui, etsi, ut autumari malumus, eiusmodi portenta horrent, agunt tamen ac si plene probent. Eas etenim errorum talium magistris tribuunt laudes, eos publice habent honores, ut sibi quisque suadeat facile, illos non homines honorare, aliquo forsitan numero non expertes, sed errores potius, quos hi aperte asserunt inque vulgus spargere omni ope nituntur.

Est aliud praeterea in hoc doctrinae capite, quod catholicae veritati est omnino infestum.—Nam istud de *experientia* praeceptum ad *traditionem* etiam transfertur, quam Ecclesia huc usque asseruit, eamque prorsus adimit. Enimvero modernistae sic traditionem intelligunt, ut sit *originalis experientiae* quaedam cum aliis communicatio per praedicationem, ope formulae intellectivae Cui formulae propterea, praeter vim, ut aiunt, *reprae-*

sentativam, sugestivam quandam adscribunt virtutem tum in eo qui credit, ad *sensum religiosum* forte torpentem excitandum, instaurandamque *experientiam* aliquando habitam, tum in eis qui nondum credunt, ad *sensum religiosum* primo gignendum et *experientiam* producendam. Sic autem experientia religiosa late in populos propagatur; nec tantummodo in eos qui nunc sunt per praedicationem, sed in posteros etiam, tam per libros quam per verborum de aliis in alios replicationem.—Haec vero experientiae communicatio radices quandoque agit vigetque: senescit quandoque statim ac moritur. Vigere autem, modernistis argumentum veritatis est: veritatem enim ac vitam promiscue habent. Ex quo inferre denuo licebit: religiones omnes quotquot extant veras esse, nam secus nec viverent.

Re porro huc adducta, Venerabiles Fratres, satis superque habemus ad recte cognoscendum, quem ordinem modernistae statuunt inter fidem et scientiam quo etiam scientiae nomine historia apud illos notatur.—Ac primo quidem tenendum est, materiam uni obiectam materiae obiectae alteri externam omnino esse ab eaque seiunctam. Fides enim id unice spectat, quod scientia *incognoscibile* sibi esse profitetur. Hinc diversum utrique pensum: scientia versatur in phaenomenis, ubi nullus fidei locus; fides e contra versatur in divinis, quae scientia penitus ignorat. Unde demum conficitur, inter fidem et scientiam nunquam esse posse discidium: si enim suum quaeque locum teneat, occurrere sibi invicem nunquam poterunt, atque ideo nec contradicere.—Quibus si qui forte obiiciant, quaedam in aspectabili occurrere natura rerum quae ad fidem etiam pertineant, uti humanam Christi vitam, negabunt. Nam, etsi haec phaenomenis accensentur, tamen, quatenus vita fidei imbuuntur, et a fidei quo supra dictum est modo, *transfigurata ac defigurata* fuerunt, a sensibili mundo sunt abrepta et in divini materiam translata, Quamobrem poscenti ulterius an Christus vera patra-

rit miracula vereque futura praesenserit, an verè revixerit atque in caelum conscenderit; scientia agnostica abnuet, fides affirmabit; ex hoc tamen nulla erit inter utramque pugna. Nam abnuet alter ut philosophus philosophos alloquens, Christum scilicet unice contemplatus secundum *realitatem historicam*: affirmabit alter ut credens cum credentibus loquutus, Christi vitam, spectans prout *iterum vivitur* a fide et in fide.

Ex his tamen fallitur vehementer qui reputet posse opinari, fidem et scientiam alteram sub altera nulla penitus ratione esse subiectam. Nam de scientia quidem recte vereque existimabit; secus autem de fide, quae, non uno tantum sed triplici ex capite, scientiae subiici dicenda est. Primum namque advertere oportet, in facto quovis religioso detracta *divina realitate* quamque de illa habet *experientiam* qui credit, cetera omnia, praesertim vero *religiosas formulas*, phaenomenorum ambitum minime transgredi, atque ideo cadere sub scientia. Liceat utique credenti, si volet, de mundo excedere; quamdiu tamen in mundo deget, leges, obtutum, iudicia scientiae atque historiae numquam, velit nolit, effugiet.—Praeterea, quamvis dictum est Deum solius fidei esse obiectum id de divina quidem *realitate* concedendum est, non tamen de *idea* Dei. Haec quippe scientiae subest; quae, dum in ordine, ut aiunt, logico philosophatur, quidquid etiam absolutum est attingit atque ideale. Quocirca philosophia seu scientia cognoscendi de idea Dei ius habet, eamque in sui evolutione moderandi et, si quid extraneum invaserit, corrigendi. Hinc modernistarum effatum: evolutionem, religiosam cum morali et intellectuali componi debere videlicet, ut quidam tradit quem magistrum sequuntur eisdem subdi.—Accedit demum quod homo dualitatem in se ipse non patitur, quamobrem credentem quaedam intima urget necessitas fidem cum scientia, sic componendi, ut a generali ne discrepet idea, quam scientia exhibet de hoc mundo universo. Sic ergo conficitur

scientiam a fide omnino solutam esse, fidem contra, ut scientiæ extranea prædicetur, eidem subesse.— Quæ omnia, Venerabiles Fratres, contraria prorsus sunt iis quæ Pius IX decessor Noster tradebat, docens (1) «Philosophiæ esse, in iis quæ ad religionem pertinent, non dominari sed ancillari, non præscribere quid credendum sit, sed rationabili obsequio amplecti, neque altitudinem scrutari mysteriorum Dei, sed illam pie humiliterque revereri.» Modernistæ negotium plane invertunt: quibus idcirco applicari queunt, quæ Gregorius IX item decessor Noster de quibusdam suæ ætatis theologis scribebat (2): «Quidam apud vos spiritu vanitatis ut uter distenti, positos a Patribus terminos profana transferre satagunt novitate; coelestis paginae intellectum..... ad doctrinam philosophicam rationalium inclinando, ad ostentationem scientiæ, non profectum aliquem auditorum..... Ipsi, doctrinis variis et peregrinis abducti, redigunt caput in caudam, et ancillæ cogunt famulari reginam.»

Quod profecto apertius patebit intuenti quo pacto modernistæ agant, accommodate omnino ad ea quæ docent. Multa enim ab eis contrarie videntur scripta vel dicta, ut quis facile illos aestimet ancipites atque incertos. Verumtamen consulte id et considerate accidit: ex opinione scilicet quam habent de fidei atque scientiæ seiunctione mutua. Hinc in eorum libris quædam offendimus quæ catholicus omnino probet; quædam, aversa pagina, quæ rationalistam dictasse autumes. Hinc, historiam scribentes, nullam de divinitate Christi mentionem iniiciunt: ad concionem vero in templis eam firmissime profitentur. Item, enarrantes historiam, Concilia et Patres nullo loco habent; catechesim autem si tradunt, illa atque illos cum honore afferunt. Hinc etiam exegetim theologicam et pasto-

(1) Brev. ad. Ep. Wratislav., 15 Jun. 1857.

(2) Ep. ad Magistros theol. paris. non. Jul. 1223.

ralem a scientifica et historica secernunt. Similiter, ex principio, quod scientia a fide nullo pacto pendeat, quum de philosophia, de historia, de critice disserunt. Lutheri sequi vestigia non exhorrentes, (1) despicientiam praeceptorum catholicorum, sanctorum Patrum, oecumenicarum synodorum, magisterii ecclesiastici omnimodis ostentant; de qua si carpantur, libertatem sibi adimi conqueruntur. Professi demum fidem esse scientiae subiiciendam, Ecclesiam passim aperteque reprehendunt quod sua dogmata philosophiae opinionibus subdere et accommodare obstinatissime renuat: ipsi vero, veteri ad hunc finem theologia sublata, novam invehere contendunt, quae philosophorum delirationibus obsecundet.

Hic iam, Venerabiles Fratres, nobis sit aditus ad modernistas in theologico agone spectandos. Salebrosum quidem opus: sed paucis absolvendum.—Agitur nimirum de concilianda fide cum scientia, idque non aliter quam una alteri subiecta. Eo in genere modernista theologus eisdem utitur principiis, quae usui philosopho esse vidimus, illaque ad credentem aptat: principia inquam *immanentiae* et *symbolismi*. Sic autem rem expeditissime perficit. Traditur a philosopho *principium fidei esse immanens*; a credente additur *hoc principium Deum esse*; concludit ipse *Deus ergo est immanens in homine*. Hinc *inmanentia theologica*. Iterum: philosopho certum est *repraesentationes obiecti fidei esse tantum symbolicas*; credenti pariter certum est *fidei obiectum esse Deum in se*: theologus igitur colligit: *repraesentationes divinae realitatis esse symbolicas*. Hinc *symbolismus theologicus*.—Errores profecto maximi: quorum uterque quam sit perniciosus, consequentiis inspectis patebit.—

(1) Prop. 29 damn. a Leone X, Bull. «Ex surge Domine» 16 Maii 1520. «Via nobis facta est enervandi auctoritatem Conciliorum, et libere contradicendi eorum gestis, et iudicandi eorum decreta, et confidenter confitendi, quidquid verum videtur, sive probatum fuerit, sive reprobatum a quocumque Concilio.»

Nam, ut de *symbolismo* statim dicamus, cum symbola talia sint respectu obiecti, respectu autem credentis sint instrumenta; cavendum primum, formulae ut inquiunt, credenti, ne ipsi formulae ut formula est plus nimio inhaereat, sed illa utendum unice ut absolutae adhaerescat veritati, quam formula reteggit simul ac tegit nititurque exprimere quin unquam assequatur. Addunt praeterea formulas eiusmodi esse a credente adhibendas quatenus ipsum iuverint; ad commodum enim datae sunt non ad impedimentum: incolumi utique honore qui, ex sociali respectu, debetur formulis, quas publicum magisterium aptas ad communem conscientiam exprimendam iudicavit, quamdiu scilicet idem magisterium secus quidpiam non edixerit.—De *immanentia* autem quid reapse modernistae sentiant difficile est indicare; non enim eadem omnium opinio. Sunt qui in eo collocant, quod Deus agens intime adsit in homine, magis quam ipse sibi homo; quod plane, si recte intelligitur, reprehensionem non habet. Alii in eo ponunt, quod actio Dei una sit cum actione naturae ut causae primae cum causae secundae; quod ordinem supernaturalem reapse delet, Alii demum sic explicant, ut suspicionem efficiant pantheisticae significationis; id autem cum ceteris eorum doctrinis cohaeret aptius.

Huic vero «immanentiae» pronunciato aliud adiicitur, quod a «permanentia divina» vocare possumus: quae duo inter se eo fere modo differunt, quo «experientia» privata ab «experientia» per traditionem transmissa. Exemplum rem collustrabit: sitque ab Ecclesia et Sacramentis deductum. Ecclesia, inquiunt, et Sacramenta a Christo ipso instituta minime credenda sunt. Cavet id agnosticis, qui in Christo nil praeter hominem novit, cuius conscientia religiosa, ut coeterorum hominum, sensim efformata est: cavet lex immanentiae, quae externas, ut aiunt, «applicationes»

(Prosequetur.)

CIRCULAR NÚM. 233.

Es el pecado una ofensa que el hombre hace á su Dios, la rebelión de la criatura contra el Criador; la transgresión de la ley divina ó de la Iglesia.

Basta saber lo que es el pecado para conocer su malicia y gravedad. Es Dios omnipotente y eterno; sabiduría infinita; bondad suma; nuestro Criador; nuestro padre y nuestro fin. Nos ha dado la vida; nos la conserva, y en el orden de la gracia todavía le somos deudores de mas grandes y preciosos beneficios. ¿Habrá, por consiguiente, desdicha mayor, ingratitud mas monstruosa, mas grave mal que el ofender á Dios y revelarse contra su divina y soberana voluntad? Pues esto es lo que el hombre hace cuando peca. El pecado es el mayor de los males; el único verdadero mal; su gravedad y malicia, por razón de la persona ofendida, son infinitas. ¿Y quién podrá expresar los males y castigos que por el pecado vienen en el tiempo y sobre todo, en la eternidad? Estremece solamente el pensarlo y asombra, entristece y llena de pena y amargura el corazón la facilidad con que el hombre peca, el número de pecados que se cometen.

¿Y qué diremos del pecado de escándalo que roba á Jesucristo tantas almas que fueron redimidas con su sangre preciosísima, y las entrega traidoramente á Satanás, y las priva de la hermosura de la gracia y del derecho al Cielo y las precipita en los abismos del infierno. ¡Ay de aquél por quién viene el escándalo! Tendrán los escandalosos que dar á Dios una cuenta estrechísima. La darán también aquellos padres de familia que no apartan á sus hijos de espectáculos y diversiones en que peligran la inocencia de sus almas y su eterna salvación. Medítenlo detenidamente y si de veras aman como deben amar á sus hijos, procuren que se aparten de las sendas del mal y que anden por los caminos del bien. Velen especialmente por ellos en

los días, que ya se acercan, llamados de Carnaval, en esos días tristísimos en que la juventud y aun personas de mayor edad encuentran graves peligros, redes y lazos que tiende Lucifer y en los que fácilmente caerán si no huyen de las ocasiones de pecar, porque escrito está que quien ama el peligro perecerá en él. ¡Y cuantos son los que para siempre perecen en las mundanales diversiones y espectáculos del Carnaval, sin negar que también esto ocurra en los de otros tiempos del año.

Siendo tantas las ofensas que el Señor recibe, exhortamos á nuestros fieles diocesanos á que siempre y principalmente en los días del Carnaval tengan un santo celo para desagraviarle con obras buenas y piadosas devociones. Asistan al templo; póstrense reverentes antes Jesús Sacramentado; reciban los Santos Sacramentos de penitencia y Comunión; concurren á las religiosas funciones de desagravio que en los citados días procurarán nuestros celosos párrocos que se celebren en sus respectivas Iglesias, como se lo recomendamos, autorizandoles para que, si lo estiman oportuno puedan, durante les mencionados cultos, exponer á Su Divina Majestad.

Burgo de Osma 8 de Febrero de 1908.

† EL OBISPO.

CIRCULAR NÚM. 234.

Próxima la Santa Cuaresma, tiempo especial de gracia y salud para las almas, anhelamos vivamente que de él se aprovechen para su santificación nuestros amados diocesanos, escuchando y cumpliendo las exhortaciones de nuestros queridos Párrocos, que seguramente redoblarán en tan santo tiempo su celo por la salvación de las almas que les están encomendadas.

Atendidas las circunstancias especiales de la Diócesis, señalamos como plazo para cumplir con el santo precepto de la Comunión Pascual el tiempo comprendido desde el tercer domingo de Cuaresma hasta el de Pentecostés inclusive, si bien lo anticipamos, dentro de la Cuaresma, á favor de aquellos pueblos donde haya Misiones antes de dicha tercera Dominica y también de cuantos diocesanos nuestros recibieran los Santos Sacramentos en los pueblos donde se den las Misiones ó con motivo de las mismas.

Facultamos á todos los Sacerdotes legítimamente aprobados en nuestra Diócesis, para que, durante el término del cumplimiento Pascual, absuelvan á sus penitentes de cualesquiera casos á Nós reservados, encauciéndoles la gravedad de los pecados y circunstancias de su reservación. Subdelegamos, así mismo, en dichos Confesores la facultad Apostólica, que benignamente Nos está otorgada entre otras por la Santa Sede, para habilitar á los reos de incesto, *ad petendum debitum* removida antes la ocasión é imponiéndoles grave penitencia saludable y la obligación de confesarse á lo menos mensualmente, por el tiempo que estimare prudente el mismo Confesor, siendo esta la forma que en tal caso deberá emplearse, á continuación de la ordinaria del Sacramento: *Et facultate Apostolica mihi subdelegata, habilito te et restituo tibi jus amissum ad petendum debitum conjugale. In nomine Patris. etc.*

Encargamos que se tengan presentes y observen las disposiciones que dictamos el año anterior en nuestra Circular número 216 y pedimos á Dios que durante la próxima Cuaresma derrame gracias y bendiciones abundantísimas sobre nuestros amados Sacerdotes y fieles diocesanos.

Burgo de Osma 8 de Febrero de 1908.

† EL OBISPO.

CIRCULAR NUM. 235.

Tan admirable como su sabiduría, es la vigilancia que, para evitar que se propaguen y admitan doctrinas contrarias á nuestra Santa Religión Católica, manifiesta nuestro Santísimo Padre Pio X. en su notabilísima Encíclica *Pascendi Domini Gregis*. Quien haya leído ó lea tan importante y precioso documento no podrá menos de rendir un tributo de admiración y gratitud al gran Pontífice que con tanto celo y acierto gobierna la Iglesia. Lado sea Dios Nuestro Señor, que nos ha concedido un Padre tan amoroso, un Maestro tan sábio, un Pontífice tan santo, un Pastor tan vigilante.

En la mencionada Encíclica dispone Su Santidad que en todas las Diócesis se nombren *Censores de Oficio* que reconozcan los escritos que se han de publicar y se instituya un *Consejo de vigilancia* que atienda á que no se introduzcan ó difundan errores, avisando al Ordinario de todo cuanto haya que evitar ó remediar en materia tan importante; y acatando Nós con respeto profundísimo los mandatos del Vicario de Jesucristo y queriendo cumplirlos fielmente, hemos tenido á bien hacer los nombramientos de *Censores de Oficio* y establecer el *Consejo de Vigilancia* en la forma siguiente:

CENSORES DE OFICIO

- M. I. Sr. Lic. D. Manuel de Roa, Deán de esta S. I. Catedral.
» » » Dr. D. Juan García Vellosillo, Penitenciario.
» » » Lic. D. Victor Hernando Olarte, Lectoral.
» » » Dr. D. Wenceslao Yepes Lafuente, Doctoral.
» » » Dr. D. Constancio Santa Olalla, Magistral.
» » » Dr. D. Antonio García Escudero, Canónigo.
» » » Lic. D. Santiago G. Santacruz, Abad de la C. de Soria
Rdo. P. Antonio Naval, Religioso del Corazón de M.^a de Aranda.
» » Miguel Fontúrbel, Religioso Agustino de La Vid.

CONSEJO DE VIGILANCIA

- M. I. Sr. Dr. D. Manuel M. Vidal, Arcediano de esta S. I. Catedral.
» » » Lic. D. Sinforiano de la Cantolia, Canónigo.

M. I. Sr. Dr. D. Felipe García Escudero, Canónigo.

» » » Dr. D. Constancio Santa Olalla, Rector del Seminario.

Dr. D. Silvestre Lozano Contreras, Párroco de esta Villa.

D. Protasio Félix Rubio Almajano, Beneficiado.

Lic. D. Remigio Sanz y Alonso, Párroco de Sta. María de Aranda.

» Julian Ballesterero Romero, Párroco de El Espino de Soria.

Rdo. P. Ignacio de la Virgen del Carmen, Prior del Convento de Carmelitas de esta Villa.

» » Andrés Ocerin Jauregui, Guardian de los Franciscanos de La Aguilera.

Burgo de Osma 14 de Febrero de 1908.

† EL OBISPO.

EDICTO SOBRE LOS LIBROS

«Lo que debe saber el niño» y «Lo que debe saber la niña.»

SALVADOR, POR LA MISERICORDIA DIVINA, DEL TÍTULO DE LOS SANTOS MÁRTIRES QUIRICO Y JULITA DE LA SANTA IGLESIA ROMANA PRESBITERO CARDENAL CASAÑAS Y PAGÉS, OBISPO DE BARCELONA, CON USO DE SAGRADO PALIO, CABALLERO DEL COLLAR DE LA REAL Y DISTINGUIDA ORDEN DE CARLOS III Y DE LA GRAN CRUZ DE ISABEL LA CATÓLICA, CONDECORADO CON LA DE IGUAL CLASE DEL MÉRITO MILITAR, ETC., ETC.

A todos los que las presentes vieren, salud en Nuestro Señor Jesucristo. Sabed que habiéndose suscitado en esta ciudad algunas discusiones, así privadamente como en la prensa, acerca de la conveniencia de que se publiquen y se apliquen á la educación de la niñez las teorías consignadas en dos libros titulados, uno: *«Lo que debe saber el niño,»* publicado por Silvanus Stall, y el otro: *«Lo que debe saber la niña,»* publicado por Miss. Mary Woad Allen, publicados en Madrid, traducción española; dieron lugar dichas discusiones á que se elevasen reverentes consultas á la Santa Sede, con el objeto de saber qué partido convenía tomar en

este asunto delicadísimo; ya que se trata de reglas prácticas relativas á la pureza y modestia cristianas.

La Sagrada Congregación del Indice se ha servido comunicarnos en nombre de Su Santidad, que de ninguna manera conviene que se eduque y forme la niñez en España á tenor de las reglas consignadas en los referidos libros y que es necesario retirar los mismos libros de las manos de los fieles, principalmente de los niños.

Ordena además Su Santidad, que el infrascrito Cardenal promulgue la sobredicha sentencia en nombre y con autoridad de la misma Sagrada Congregación del Indice, comunicándola á todos los fieles que hablan la lengua española.

En virtud, en nombre y con autoridad de la Sagrada Congregación del Indice, hacemos saber por las presentes á todos los fieles que hablan la lengua española, que queda terminantemente prohibida por la Santa Sede la instrucción y educación moral de la niñez, según las teorías y reglas prácticas contenidas en los sobredichos libros: «*Lo que debe saber el niño*» y «*Lo que debe saber la niña*», advirtiéndoles además que quiere la Santa Sede que se procure apartar aquellos principalmente de manos de los niños.

Para el más exacto cumplimiento de la misión que se Nos ha confiado, Nos reservamos comunicar directamente la mencionada sentencia á todos los Sres. Obispos de España y demás á quienes se refieren las Letras de la Sagrada Congregación del Indice.

Barcelona 18 de Enero de 1908.—SALVADOR, *Cardenal Casañas*, Obispo de Barcelona.—Por mandado de Su Emcia. R.dma, el Cardenal Obispo, mi Señor, *Dr. Ramón Salvía Civit*, Arcipreste Secretario.



Suscripción extraordinaria con motivo del Jubileo Sacerdotal.

| | <u>Ptas.</u> | <u>Cts.</u> |
|--|--------------|-------------|
| <i>Suma anterior</i> | 1,248 | 31 |
| Párroco de Soto de San Esteban..... | 3 | 50 |
| Feligreses de idem..... | » | 55 |
| Párroco de Morcuera..... | 2 | » |
| Idem de Campillo..... | 3 | » |
| D. Fulgencio Ruíz Pastor, Pbro..... | 1 | » |
| Ecónomo y feligreses de La Revilla y Monasterio..... | 3 | » |
| D. Pedro del Pozo, Catedrático del Seminario..... | 10 | » |
| Párroco y feligreses de Baños de Valdearados..... | 25 | » |
| Idem idem de Ontoría de Valdearados..... | 2 | » |
| Párroco de Portelrubio..... | 4 | » |
| Ecónomo y feligreses de Esteras de Lubia..... | 2 | » |
| Párroco y feligreses de Castrillo de la Vega..... | 5 | » |
| Idem idem de Espinosa de Cervera..... | 3 | 25 |
| Idem idem de Sotillo del Rincón..... | 4 | 50 |
| Idem idem de El Royo..... | 4 | » |
| Idem idem de Duruelo..... | 2 | » |
| Idem idem de Langa..... | 2 | 50 |
| Idem idem de Navalcaballo..... | 2 | » |
| D. Marcos Charle, Procurador Eclesiástico..... | 1 | » |
| Párroco de Caravantes..... | 2 | » |
| Idem de Villanueva de Gumiel..... | 2 | » |
| Idem de Molinos de Razón..... | » | 75 |
| D. Remigio Sanz, Párroco de Santa Maria de Aranda.. | 25 | » |
| » Máximo del Pino, feligrés de idem..... | 2 | » |
| » Severiano Benito, Párroco de La Aguilera..... | 5 | » |
| Orden de Terciarias Franciscanas de idem..... | 5 | » |
| Hijas de María de idem..... | 5 | » |
| D. Higinio Nuñez Zalona, de idem..... | 2 | » |
| D. ^a Gala Soto, feligresa de idem..... | » | 25 |
| <i>Suma y sigue</i> | 1,377 | 61 |